AUGUSTINUS. CLAUDIANUS MAMERTUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 43r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26897
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nos mittis. s; utar quantum possum ꝯpendio. Certe enim ali
ud est quod in ane appellas. aliud quod ueritatem. A Longe ali
ud. Quid. R. me inanius. si ueritatem in ane aliquid puto. aut
tantopere in ane aliquid appeto. Quid. R. aliud quam ueritatem
inuenire desidero. R Ergo ꝛ illud fortasse ꝯcedis nichil uerum
esse quod non ueritate fiat ut uerum sit. A Iam hoc olim manifes
tum est. R Num dubitas nichil esse in ane preter ipsum in ane aut
certe corpus. A Prorsus non dubito. R Ergo ueritatem corpus esse ali
quod credis. A Nullomodo. R Quid in corpore. A Nescio. R Nichil ad rem.
A rbitror enim ut illud te scire si est in ane. magis illud esse uel nullum
sit corpus. A Hoc sane planum est. R Quid ergo immoremur. Antea aut
ueritas uidetur fecisse in ane. aut aliquid uerum esse uel ueritas
non sit. A Non uidetur. R Non est ergo in ane uerum. quia neque ab eo quod
in ane non est in ane fieri potest. ꝛ quod ueritate caret uerum non esse.
manifestum est. ꝛ omnino ipsum quod in ane dicitur ex eo quod nichil sit
dicitur. Quomodo ergo potest uerum esse quod non est. aut quomodo esse quod penitus
nichil est. A Age iam in ane tamquam in ane deseramus. quid de
ceteris dicis. R Quid. nisi id quod uides mihi plurimum suffragari.
Restat enim animus ꝛ deus. que duo si propterea uera sunt. quia
in his est ueritas. de immortalitate dei nemo dubitat. Ani
mus autem immortalis creditur. si ueritas que intrare non potest
ꝛ in illo esse probabitur. Quare iam illud ultimum uideamus.
utrum corpus non sit uere uerum. i. non in eo sit ueritas. s; quasi que
dam imago ueritatis. Nam si ꝛ in corpore quod satis certum est re
cipere interitum tale uerum inuenerimus quale est in discipli
nis. non ꝯtinuo erit disputandi disciplina ueritas. qua omnis
fere sunt discipline. Uerum est enim ꝛ corpus. quod non uidetur disputan
di ratione esse formatum. Si uel ꝛ corpus imitatione aliqua uerum est.
ꝛ ob hoc non liquidum uerum est. nichil erit fortasse quod impediat
disputandi rationem. quominus ipsa ueritas esse doceatur. A Interim
queramus de corpore. Nam ne hoc quidem cum ꝯstiterit. uideo